Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



aut ceste refelli non potest · uel patrem uel filium uel ceste spm
sem · stramen est scissuisio · ea specie uideri · Quamuoluntase legerit ·
non natura formauerit · Qnm spm quoq: uisum accepimus in co
lumba · & ideo dm nemo uidit umquam quia eam quae in do habitat
plenitudinem diuinitatis · Nemo conspexit · Nemo mento aut oculis ·
comprehendit · Uidit enim · ad utrumq: referendum · ē · Denique
cum auditur · unigenitus filius ipse enarrauit · mentium magis quā
oculorum uisio declaratur · Species enim uid&tur · uistus uero nar
ratur · Illa oculis · haec mente conprehenditur · Sed quid de
trinitate dicam · Seraphin quando uoluit apparuit · & uoce eius
esaias solus audiuit · Apparuit angelus · & nunc praesto est ·
sed non uid&tur · Neq: enim in potestate nra · ē · uidere · sed in potes
tate illius apparere · Tamen & si potestas non est uidendi · est gra
tia merendi · ut uidere possimus · Et ideo qui habuit gratiam ·
meruit copiam · Nos copiam non meremur · quia dm uidendi gra
tiam non habemus · & quid mirum si in praesenti saeculo nisi quan
do uult dns non uid&tur · In ipsa quoq: resurrectione non facile est
dm uidere · Nisi hi qui corde sint mundo · Et ideo beati mundi
corde · ipsi enim dm uidebunt · Quantos beatos iam numerauerat ·
& tamen uidendi his dm non promiserat facultatem · Si ergo hi qui
mundo sunt corde dm uidebunt · utiq: alii non uidebunt · Neque
enim indigni dm uidebunt · Neque is quid dm uidere noluerit potest
dm uidere · Nec in loco d&sunt · sed mundo corde · Nec corpo
reis oculis d&quiritur · Nec curiosum scribitur uisu · Nec tactu tenet ·
nec audiuntur affatu · Nec sentitur incessu · Et cum absens putatur
uid&tur · & cum praesens · ē · non uid&tur · Denique nec apostoli omnes
xpm uidebant · Et ideo ait · Tanto tempr · uobiscum sum · &
adhuc me non cognouisti · Qui enim cognouit · quae sit longitudo ·
& latitudo · & altitudo · & profundum · & supeminentem scie
ntiae caritatem xpi · uidit & xpm · uidit & patrem